

www.e-rara.ch

Sylvae nuptialis libri sex

Nevizzano, Giovanni

[Genève], 1592

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1209>

Domino Ioanni Nevizano Astensi iureconsulto pereximio, Achilles Alionus inter i. u. doct.
minimus s. d.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DOMINO IOANNI NEVIZANO,
Astensi Iureconsulto pereximio, Achil-
les Alionus inter I. V. Doct. mi-
nimus S. D.

HAbuisti aliquot ante annos, Ioannes Nevizane
vir clarissime, tuis genialibus atque ingeni-
bus Nuptiis, in amœnissima illa tua Sylva, frequentes
quotquot palatium habent interioris hominis, literariis
pabulis, ac versatili libri gerulaeque mense addictum, at
que eductum. Qui, postquam absumpta fames & amor
compressus edendi, ita ad unum hilaritus tibi applausere,
ut Alcinoi Phœacum regis epulum à Smyrneo Ma-
rone illustratum: & Didonis conuiuium, à nostrate Me-
legisene celebratū, longo postposuerunt in interuallo. Quin
etiam Macrobianum Auienu, qui Saturnalicias illas
suas concœnationes, non dubitauit Agathonis conuiuio
antehabere, tibi facile assertabant concessurum. Erant
siquidem nuptie illæ tue, rerum omnium dapili affluentia
cibariorum exquisitio, in auditorum illecebrositate
côdimentorum amœna ac saluari supra omnium expo-
sitionem magnifica. Castigato præterea ordine, singula
absque vel minimo murmurillo, aut præposteritatis er-
rore à silentiosis accordatis ministris apponebantur, pri-
ma ac secunda mensa, lege non aberrante, ut antiquorū
heroum continentia ac casta symposia ad unguem vi-
deare imitatus. Structores ipsi ac pocillatores, Virgili-
nas illas centum famulas, totidemque pares ætate mini-
stros, longè amistabant. Propinabat siquidem Bartolus.
stabat ad calices Baldus, erudita chironomia. Fulg. Pa-
nor. & quidam alii minutatim dissecabant edulia, quæ
ceteri neoterici, qui nostra aut paulò superiori ætate in
iure non quali Cicero, urbano scomate, coquo se statu-
rum respondit, sed politico, aliquid excogitauerunt, in

Nuptiam
gnifica in-
mentio au-
thoris.

Felix inter
pretatur.

Ordo Nu-
ptialis est i-
psa artifi-
ciosarum
dispositio
in opere.

Appara-
tus, est ele-
gans elocu-
tio.

mensam ex promptuaria antiquorū cella ferebant. Appa-
paratus porro ipse (ut uno dicam verbo) totius regius, &
ad typum Virgiliani carminis cōquisitus. Arte labora-
tæ vestes, ostrôq; superbo: Ingēs argentū mēsis, ce-
latâq; in auro Dogmata sancta patrū: series lōgifi-
sima legum, per tot lectaviros, antiqua ab origine
iuris. Nec minori diligentia abs te est observatū V arro-
nianū præceptū, quod ex satyris Menipeis apud Gelliū
legere est: interponendos conuiuīs sermones, non super
tortuosis rebus: sed iucundos, inuitabiles, ac illecebra vo-
luptatēque vtibiles. Nam quibus iocis, quā falsis ac
lepidis salibus totum amœnasti conuiuium? Quin ne
Heroica desideraretur serenitas, cum mira omnium ab-
lubescencia edisertasti: qua vehemens ac flagrans Cie-
bellina ac Guelfa factiōnis incendium, quo (proh ra-
bies) tota in cineres it Italia, ex tinguī posset. His ita se
habentibus, cœperunt numerosi conuiua tibi debere plu-
rimū. Sed quoniam non minor est virtus quā quere-
re parta tueri: tibi cauendum est, ne dum profusam mu-
nificentiam, ac prope prodigentiā, in nimiam veritatis at-
que alteras parsimoniam, priorum meritorum gratia a-
mittatur. Est enim iam fama constans, te prioribus nu-
ptiis ampliores ac longè ornatiores (si consummatis atq;
absolutis rebus accessio fieri potest) superconcinasse: te
tamen inaudito consilio atque insolenti ad eas neminem
admissurum. Inhiant iam omnes priorum lubentia, ac
gratia gratissima illecti: ac mox longa defessi expectatio-
ne: iā acuminatis dentibus, ad pigmentata mellitâque
edulia, rapidâq; atq; hiulca orexi, ad nectarea pocula
suspirantes indignantur. Audio iā plerosque in hac ver-
ba in te inuementes: Ne hic quidem bellus est inuitator?
qui dulcissima queque sibi seruauit. Alii epigramma-
tici poeta te incessunt mordacitate. Dic mihi quis fu-

ror est? turba spectante vocata, Solus boletos Cæ
 ciliane voras. Item, Verentana mihi misces, vbi
 Maslica potas. Te alii fornicā Indicā appellāt, qui au
 rū ex Iuriconsultorū cauernis effodias, nec patiaris ab
 hominibus auferrī: iaculantur & alii in te poeta An
 gliaci distichon: In præsepe canis fœno nec velicitur
 ipse, Nec permittit equus, qui cupit, illud edat. E
 go, qui ob eā, quæ inter nos intercedit, amicitia, nō pos
 sum sine dolore de te malè audire, decreui summo opere te
 hortari, vt ad priorem tuā comitatē redeas, pergāsque
 de mortalibus bene mereri: nec tā vt hoc præstes, quā
 vt properè præstes, te hortatum volo. Tū quod cōperendi
 natio solet huiusmodi rebus florem, quo maxime placēt
 id est nouitatem, excutere: tum quod, vt in Grecis est,
 χῆρις ἀπὸ πᾶσι καὶ ἄχρησις χῆρις. Quod Ausonius ad sensum sic
 verit. Gratia quæ tarda est, ingrata est: gratia, nāq;
 Si fieri properet gratia, grata magis. Degā autē ego
 tibi, potissimā laboris partē, si tibi hominē indignauero,
 q̄ primis dētia ex tua nūcupatura honestat̄, honestamē
 ti nō parū tuis afferet nuptiis. Is est Gabriel ille Laudē
 fis diui nostri Principis Cancellarius, quē ob diuinū in
 geniū, cōsiliū presentissimū, rerum omniscientiā, gerēdo
 rū negotiorū dexteritatē, dicendi copiā propē fulmineā,
 ac morū vitæque integritatē, ciuilibusque Philosophia cō
 sūmatā peritiā, Dux illustri. amplectitur. Cateri Prin
 cipes (quos sæpe legationis munere adit) magni pendūt,
 mortales reliqui venerantur. Is tibi assertor ac vindex
 cōparatus, si quē viderit tuis accubātē Nuptiis, ex his
 quib. ob stomachi morositatē, etiā odoratissima pigmēta
 putere solent: tanquā non habentē indumētum nuptia
 le, in tenebras detrudet exteriores. Et tunc te vel rigi
 di legant Catones. Vale, & hæc magis in longum, ne
 gaudia nostra morare. Ex adib. nostris, M. D. XXII.